



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

7. Mandarinini Neoph. virtutes exim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

mae totius iactura fieret. Optatis igitur exclusi maioribus Patres cepto demceps institere, neque clam penitus, nec tanta in luce, ut de se rumores spargerent nocituros: ferebantque religiosae operae non pœnitendos fructus, si minus numero; dignitate saltem, & nobilitate personarum, in quo partem obtinuit non parvam Doctor Paulus, quod & pietatis ardore industrio, Literatos excelsi nominis ad Patres perduceret à quibus diuina solidè edocti sacris fontibus tingebantur, & sanctimoniam cum priuatim suam, tum domesticam exemplis, quam profitebatur legem valide prædicaret, castimonia præsertim & demissione sui, duabus inter Sinas tam peregrinis dotibus, quàm carum auctoris, & magistra lex Christiana: iungebat his patrocinia, & subsidia miserum & pauperum; plebeios tumultus, & Magistratum infestationes quibus conflabantur Christiani, auctoritate, precibus, gratia magnarum amicitiarum denique sedabat; cumque illum Deus in diuinis, stylo illo suo sublimi & grandi clarè ac proprie explicando singulari donasset ingenio nihil vquam nostri dabant in publicum, quod Pauli censura non probasset. Quem si tunc Deus in Colai gradu à quo proximè aberat locasset, omnino statuerat eò Regem adducere, ut de immortalis animi salute audiret, sperabaturque agente spiritu increato, ex semibestia, in verum hominem reditorum foreque ingens inde miraculum, ut absque miraculis Sinarum imperium Christo subderetur. Tunc mecum, aiebat, Patres, religio, Christus, paradisi, Orbis totus triumphabant, ceterum Pechini die cuiusvis hebdomadae sexto docebantur fideles Christi vitam mortemque meditari, & quotidianis virtutum profectibus seipsum fieri meliores; pueri his quot hebdomadis credendi rectè & agendi præceptionibus instituebantur, quæ ex vitæque disciplina prodibant virtutes heroicæ, illustriæque illorum monumenta, paupertatis voluntariæ, amoris erga inimicos, propugnatae viriliter aduersus aurum, & inopiam egenæ castitatis, aliæque fortia & rara, sed reliquis per Sinas stationibus nostris communibus.

Hac tamen Christianitate Longobardus Inspector, Nanchinensem agnoscit gloriosorem, fidelium numero Mandarinorum beneuolentia diuinæ legis æstimatione: erant hi fructus laboriosæ solertiæ, vni Vagnonij sociorum altero Sciamhaium, Hancem altero profectis. At huic eius animorum ædificio æterno, præmittenda est fabrica materiæ templi, quod illic religio possessionem iniuit iuridicam mansuræ habitationis, illi non imparem, quæ seclæ aut illic vernacula, aut sacellis quindæcim ius noctæ ciuium fruebantur. Primam fabricæ huius cogitationem Vagnonio Mandarinum tres indidere, vehementer hortati ut Magistratum prompta sibi beneuolentia vteretur; excusantique ingenuam suam egestatem, quotidiano etiam victui agrè necessaria suggerentem; ex his vnus Doctor Leo, templo solum emit; primam ædificii partem duo alij extulerant, promouit certè sua manu opus, eius auctor & dominus, & benignitatem quoque idololatriarum in illud contulit. En autem inter hæc aduunt Pechino à Patribus literæ quibus Vagno

7.
Mandarin
Neoph. vir-
tutes exim.

7.
Epistolam
Neophyt.

8.
Nan hinc f.
Christi us
templum
ædif.